

clarissimè in ejus summano sic: *Intra quamlibet ecclesiam provincie sue Archiepiscopus Pallio uti potest, sed extra non potest.* Immo neque Pallio ibi ut possunt, etiam si adit generalis regni consuetudo, cap. Ex tuarum 5. hoc tit. ubi Innocentius III. rescribens Archiepiscopo Compostellano declarat, et quod talis consuetudo dicenda sit potius corruptela, & in ejus summano expressè dicitur: *Archiepiscopus extra suam provinciam Pallio uti non potest, etiamsi hoc habeat consuetudo.* Et licet ibi Pontifex concedat tali Archiepiscopo, ut pro consecrandis suis suffraganeis, vel Clericis ordinandis, possit uti Pallio in ecclesia; & provincia aliena de consensu ejus, ad quem pertinet ecclesia, hoc tamen est ex speciali privilegio ipsi soli propter specialia motiva concessio, unde sine nova gratia Pontificis non debet extendi ad alios, juxta Gloss. in cap. Cum sis 6. hoc tit. verb. Ubicumque, ubi dicit, quod Archiepiscopus extra suam provinciam uti potest Pallio ubicumque, si habeat privilegium ad hoc, & ille ad cujus provinciam, vel diocesim transit, id permittat secundum cap. Ex tuarum. Quam Glossam sequuntur Doctores communiter teste Russo apud Barbosa, lib. 1. juris eccles. cap. 7. num. 108. Tria enim requiruntur, ut Archiepiscopus possit uti Pallio in aliena diocesi, & provincia, ut colligitur, ex citat. cap. Ex tuarum, & notat ibi Hostiens. in fin. & Abbas, num. 11. nempe privilegium Papæ, permissio ejus, ad quem spectat ecclesia, & ut una ex causis in textu expressis interveniat, ita ut uno horum deficiente, non possit uti Pallio in aliena provincia, licet habeat plenissimam facultatem ejus ad quem spectat ecclesia; quia cum hic Pallium sine speciali Papæ privilegio dare non possit, neque usum illius concedere potest alteri in sua ecclesia, vel provincia sine speciali privilegio Papæ.

Archiepiscopi, & alii jus Pallii habentes, possunt tam in sua, quam in aliena provincia, & diocesi privatim celebrare sine Pallio, cap. Quia nos 7. de auctoritate, & usu Pallii, ibi: *Tam in sua, quam in aliena diocesi potes sine Pallio, & sandalis celebrare, qui utique in tua diocesi non debet semper celebrare cum Pallio, sed diebus illis dumtaxat, qui in ecclesie tue privilegiis sunt expressi, & colligitur etiam ex cap. Ad honorem 4. hoc tit. & cap. Pallium 6. dist. 100.* ubi circa usum Pallii fit mentio tantum de missarum solemnibus. Sic etiam possunt, immò debent, secluso speciali privilegio, celebrare sine Pallio in missis defunctorum, citat. cap. Quia nos 7. hoc tit. ubi: *Sieque soluta est questio, an sit licitum pro defunctis cum Pallio celebrare, & ibi Gloss. verb. Quarta, ubi sic habet: Quia respicere debet privilegium suum, & si ibi continetur, quod possit celebrare cum Pallio pro defunctis, ita observet secundum quod ibi continetur, & ibi Innoc. & Abbas, num. 3. & 6.*

Archiepiscopus nequit alteri Archiepiscopo Pallium suum commodare; cap. Ad hoc 2. hoc tit. ubi: *Ad hoc, quæstionem est à nobis ex parte tua, utrum liceat tibi Pallium tuum Metropolitanò alii accomodare. . . Respondemus, quod non videtur esse conventus, ut Pallium in personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novis discretio) sepeliri.* Et expressè habetur in hujus summano: *Archiepiscopus alteri Archiepiscopo Pallium suum accomodare non potest.* Pallium enim, ut clarè deducitur ex ipso textu, est privilegium personale concessum personæ cum restrictione ad locum, id est, ad ecclesiam propriam diocesim, & provinciam, adeoque debet sequi personam usque ad mortem, & cum ea sepeliri. Sic Archiepiscopus translatus ad alium Archiepiscopatum, non potest uti priore Pallio, sed debet obtinere novum Pallium, cap. Bone memorie 4. de postulatione. Prælator. in fin. ubi: *A vinculo, quo tenebatur Colocensis ecclesia abobolventes, ad metropolim Strigoniensem transferimus, & ei licentiam tribuimus transire Pallium (nota: erat enim utraque ecclesie archiepiscopalis) Pallium ei ad nomen, & usum ejusdem ecclesie transmissuri, & Glossa ibi dicens, quod Pallium datur personæ, sed contemplatione loci, adeoque mutando locum seu ecclesiam, debet & mutari Pallium. Et in secunda ecclesia non poterit Archiepiscopus uti nisi Pallio secundo sibi concessio contemplatione illius secundæ ecclesie. Licet secum possit, & debeat asportare*

etiam primum Pallium (cum Pallium ex citat. cap. Ad hoc 2. hoc tit. sequatur personam usque ad mortem, & debeat cum eo sepeliri) ad hoc ut possit cum utroque sepeliri. Ita tamen, ut mortuus Archiepiscopus vestiatur Pallio posteriori accepto pro secunda ecclesia, & alterum acceptum pro prima ecclesia supponatur capiti ejus, ut docent Innoc. Hostiens. Abbas, in cit. cap. Ad hoc 4. hoc tit. n. 2. & alii passim. Et dato quod Archiepiscopus retineat duos archiepiscopatus simul & semel, debet habere duo Pallia, unum pro unaquaque ecclesia, ut accidit in Cardinali de judice, qui cum esset Archiepiscopus Montis Regalis, optavit episcopatum Hostiensem, qui gaudet privilegio Pallii, & etiam pro hac ecclesia recepit Pallium à Benedicto XIII. Petra, in constit. 3. Pii II. n. 39. in fine.

Archiepiscopus, qui renuntiavit archiepiscopatu, non potest amplius in illa provincia, neque alibi uti Pallio, quamvis transferatur ad ecclesiam episcopalem; cap. Ad supplicationem, de renuntiatione; ubi Innocentius III. de Archiepiscopo Ragusiensi, qui ob mortis periculum renuntiaverat archiepiscopatu, & fuerat translatus ad ecclesiam episcopalem, sic statuit: *Cui concessimus, ut in ipso episcopatu absque usu Pallii officium episcopale valeat exercere, & sic expressè decrevit Sac. Congregat. Rit. in Majoritate. 16. Obris 1604.* Immo Archiepiscopus, qui sponte sua suo archiepiscopatu abdicavit, si iterum ad eandem ecclesiam eligatur, alio indiget Pallio. Sicuti etiam Archiepiscopus, qui semel habuit Pallium unius archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indiget novo Pallio. Petra tom. 5. constitut. 3. Pii II. num. 34. Rodericus à Cunha, in compend. ad cap. Pallium 6. dist. 100. Diana, moral. resolut. part. 1. tract. 6. resolut. 37. vers. Notandum est, Barbosa, lib. 1. jur. eccles. cap. 7. num. 122. & sequ. Archiepiscopus vero si perdat Pallium à Papa acceptum, vel casa igne comburatur, poterit assumere illo pontificalia munia exercere, donec aliud obtineat Pallium, sicuti in tali casu petere tenetur; Petra, loc. cit. num. 38. & Doctores mox citati. Pallium concessum, & non traditum Archiepiscopo cum non possit eo amplius uti, est comburendum, & cineres in sacro ponedni. Sac. Congreg. Rituum. in causa urbis Subdiaconorum. 4. Maji 1606.

Archiepiscopus in tota provincia benedictionem super populum imperitri potest; Benedict. XIV. tom. 2. constitut. 48. incip. Exemplis Prædecessorum. Archiepiscopi Bononiensis, Petriensis, Ravennatis, & Urbinateis una cum Cardinali sanctæ romanæ ecclesie Camerario executores deputantur pro libertate mutui commercii inter subditos ditionis ecclesiasticæ. Idem, tom. 2. constit. 53. incip. Quo die. \*\*\*

Egregiè fallitur Auctor originem Pallii, num. 48. ab usque temporibus Apostolorum repetendo. Pro competo enim, exploratoque habetur apud omnes magnæ notæ, ac emungioris naris viros, quod Pallium fuerit primum ornamentum imperiale, quo forsam Imperatores gentiles utebantur ad indicandum pontificiam potestatem, quam una cum ceteris majoribus reipublice libere dignitatibus usurparunt; Imperatores verò christiani fuere, qui ad episcopalem ordinem in ecclesia coonestandam, ipsum primo imperitri fuerunt Summo Pontifici, ac Patriarchis, tum Metropolitanis, & demum etiam aliis Episcopis.

Quo verò tempore, & à quibusnam Imperatoribus fuerit primum hujusmodi ornamentum Summo Pontifici, ceterisque Patriarchis communicatum, hætenus incomperitum est.

Illud tamen certum est, tempore S. Gregorii, & Justiniani Imperatoris tam in ecclesia latina, quam in ecclesia græca Pallium in usu fuisse; ut manifestissima res est illius epistolæ (quarum plura fragmenta refert Gratian. dist. 100.) argue ex novellis laudati Imperatoris constitutionibus.

Manifestum insuper ex S. Gregorii epistolæ est, quod ipsi quoque Summi Pontifices diè ab initio ejusmodi ornamentum tamquam ex magnificentia & pietate Imperatorum profectum, non aliter communicarent aliis, quam prius ebrento illorum assensu. Verum posterioribus temporibus ejusmodi ornamentum jure suo Summi Pontifices conferre Archiepiscopis cœperunt; sed non eadem prorsus forma, &

& solemnibus, quibus nunc utitur ecclesia. Quæ quidem omnia singillatim hic expendere longum esset; unde tu de Pallii forma, materia, & usu, antiquitus tam in ecclesia græca, quàm latina receptis, consule Thomassinum, qui totam rem fuscè, & eruditè persequitur, veter. & nov. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 53. & sequ. usque ad 57. Adde Van-Espen. jus eccles. univers. part. 1. tit. 19. cap. 5. & Bohemer. in decret. lib. 1. tit. 8. per tot. qui tamen cautè est legendus. In primis autem eruditissimam dissertationem historico-canonica de Pallio Joannis Caspari Barthel. Herbilopi, seu potius Romæ anno 1753. secundò editam, in qua res antea obscura mirum in modum illustratur. De hodierna verò ecclesie disciplina fuscè disserit Auctor. &

ARCHIMANDRITA.

SUMMARIUM.

1. *Archimandrita unde sit dictus.*
  2. *Archimandrita in propria sua significatione idem est, ac Abbas generalis, seu supremus aliorum ordinum.*
  3. *Archimandrita in rigoroso suo significatione in hoc differt ab Abbate, quod Abbas, ut sic importat solum præse unico monasterio, Archimandrita vero, ut sic, importat præse pluribus monasteriis.*
  4. *Abbas enim est solum pater, Archimandrita vero est primus, & princeps parum.*
  5. *Archimandrita nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente.*
  6. *In Italia vero cepit in usum devenire anno 1094. quo Rogerius primus Siciliæ Rex quemdam Bartholomæum Monachum Basilienis præficiendum duxit sub nomine Archimandrite.*
  7. *Vicissitudine tamen temporum rebus in hac religione variè mutatis, fuit apostolica auctoritate statutum, ut sicut adhuc in præsentiarum servatur in monasterio S. Salvatoris Messanæ, in eo creetur Commendatarius Archimandrita Prælator secularis cum omnibus fere proventibus, & excepta alimonia pro Monachis, & in eundem Prælatum translata est jurisdictio Archimandrite.*
  8. *Jurisdictio, & præsentia in loca, & subditos dicti Archimandritatus residet penes Commendatarium ex Brevis Urbani VII.*
  9. *Hic Archimandritatus Messanensis est de jurepatronatus Regis, & in maxima veneratione habetur.*
  10. *In capella pontificia habet usum Rochetti, & Cappe, & sedet primus post Episcopos.*
  11. *Palatium hujus Archimandritatus habitans in civitate messanensi, etiam conductitium, non fixum, nec coherens alicui ecclesie, concurrente legitima consuetudine, gaudet immunitate, quemadmodum gaudet palatium Episcoporum.*
  12. *Idem Archimandrita exercens jurisdictionem in suis subditos, potest procedere ad censuras, & alias penas juxta sacros canones, & constitutiones apostolicas contra magistratus laicos, & alios quoscunque ipsum in exercitio dictæ sue jurisdictionis perturbantes.*
  13. *Item familiares dicti Archimandrite etiam ad tempus conducti durante servitio, gaudent privilegio fori.*
  14. *Archimandrita messanensis non tenetur ad personalem residentiam.*
1. *ARCHIMANDRITA sic appellatur ex vocabulis græcis, Arcos, & Mandra, quæ latine idem sonant, ac Pater, & Prælator omnium Abbatum, qui sub eo existunt. Unde & propria sua significatione idem est ac Abbas generalis, seu supremus aliorum ordinum; & licet in ordine divi Basilii varii superiores locales particularium monasteriorum vocentur etiam Archimandrite, sicuti superiores locales variorum religionum vocantur etiam Abbates, &*

cum Archimandrita, & Abbas idem sint, ut exponit Glossa in epist. Inter clara, §. Manifestum igitur, in verb. Archimandrita, cod. de Summ. Trinit. & fide catholica. Fagnan. in cap. Ut Abbates, n. 6. de etate, & qualitate præfendorum. Tamen Archimandrita in rigoroso suo significatione in hoc differt ab Abbate, quod Abbas, ut sic, importat solum præse unico monasterio, Archimandrita verò, ut sic, importat præse pluribus monasteriis. Abbas verò est primus, & princeps parum, ut apud Ro-chum, in histor. Sicil. Sacr. lib. 4. notitia Archimandritatus Messanæ.

Hoc Archimandrite nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente, & de eo fit mentio per Justinianum in l. 1. Reddente §. Omnes verò, Cod. de Sum. Trinit. ubi: *Omnes verò Sacerdotes sanctæ catholice, atque apostolice ecclesie, & Reverendissimi Archimandrite sanctorum monasteriorum. Ex in Concilio Generali Ephesino part. 1. n. 5. necon in Concilio Chalcedonensi an. 1. in quo subscriperunt post Episcopos vigintiduo Archimandrita. In Italia verò cepit in usum devenire anno 1094. quo Rogerius Primus Siciliæ Rex quemdam Bartholomæum Monachis Basilienis præficiendum duxit sub nomine Archimandrite, & exinde Regum munificentia in Sicilia, & Calabria variè auctis, & satis ditatis monasteriis ejusdem ordinis, omnes eorum Abbates, sed locales superiores Archimandrite subjecerantur, eisque singulis annis die 6. Augusti in festo S. Salvatoris cum suis Monachis obedientiam præstabant. Vicissitudine tamen temporum, rebus in hac religione variè mutatis, fuit apostolica auctoritate statutum, ut, sicut adhuc in præsentiarum servatur in monasterio S. Salvatoris Messanæ, in eo creetur Commendatarius Archimandrita Prælator secularis cum omnibus fere proventibus, excepta alimonia pro Monachis, & in eundem Prælatum translata est jurisdictio Archimandrite, solumque retinent Monachi instar canonicorum ecclesie cathedralis, ut Vicarium Generale Capitularem Monachum ejusdem instituti, vacante Sede Archimandritali, eligant, hocque privilegium aliis per Pontifices, & Reges concessum, nunc pro antiqui decoris monumento habent etiam ex declaratione Sac. Congr. ut testatur Rocchus Pirrus ejusdem ordinis in vit. S. Basilii fol. 738.*

Jurisdictio igitur, & præsentia in loca, & subditos dicti archimandritatus residet penes Commendatarium ex Brevis Urbani VIII. sub die 3. Februarii 1635; in quo declaratum fuit, Archimandritam Commendatarium habere diocesim propriam, & distinctam, ac separatam à quavis alia diocesi cum jurisdictione ordinaria, & quasi episcopali, & cognitione causarum civilium, & criminalium privative quoad Archiepiscopos, & Episcopos; ac nullum alium superiorem habere, quam Sedem Apostolicam: nec non cum facultate beneficia conferendi, pontificalia cum mitra geminata, baculo pastoralis, cruce pectoralis, ac baldachino exercendi, benedictionem solemniter, vel private populo imperiendi, per vias cruce argentem ante se per Capellatum deferri facienti, habendique erectum tribunal in civitate Messanæ ac ibi & in quavis ejus parte deputandi Vicarium Generale, Assessorem, & Advocatum, & Procuratorem Fiscalem, Familiamque necessariam pro Justitia administranda, & jurisdictionem exercendi in suos subditos, deferendi habitum violacei coloris ubique cum rochetto, & pileo ex serico viridi ornato, & mozzeta, aliisque ornamenta Episcopalia. Hic Archimandritatus Messanensis est de Jurepatronatus Regis, & in maxima veneratione habetur. In Capella pontificia habet usum rochetti, & cappe, & sedet primus post Episcopos, ut notavit Gaspar Servantius magister cæremotiarum Papæ anno 1634. & Pignatelli, tit. 1. consult. 25. num. 24. Et sic literaliter Petra in constit. 6. Alexandri III. n. 15.

Palatium hujus Archimandrite habitans in civitate messanensi, etiam conductitium, non fixum, nec coherens alicui ecclesie, concurrente legitima consuetudine, gaudet immunitate, quemadmodum gaudet palatium Episcoporum in locis propriæ jurisdictionis, licet non exerceat jurisdictionem, nisi in propriis subditos. Secundò idem Archimandrita exercens jurisdictionem in suos subdi-

ditos, potest procedere ad censuras, & alias penas juxta sacros canones, & constitutiones apostolicas contra magistratus laicos, & alios quoscunque ipsum in exercitio dicitur suae jurisdictionis perturbantes. Tertio, familiares dicti Archimandrita etiam ad tempus conducti durante servitio, gaudent privilegio fori, concurrente eadem legitima consuetudine: (Vide verb. Familiares, verb. Forum, vers. Regem Catholicum: verb. Jurisdictione, & verb. Judicium, in fin. Non officit verb. Absolutio recognoscere in additionib. hisp.) Sac. Congr. Immunitatis in una Messanen. 6. Novembr. 1634. lib. 2. dec. Paul. p. 221. Archimandrita Messanensis non tenetur ad personalem residentiam ex decreto Sac. Congr. Concil. responsivo ad sequens quaesitum: An Abbas Commendatariorum monasterii ordinis S. Basilii nullius provinciae messanenensis Archimandrita nuncupatus jurisdictionem spirituales, & temporalem habens cum usu baculi, & mitra, non tamen curam aliquam regularem, nec sacramentalem monachorum, vel personarum secularium, teneatur ad personalem residentiam, & maxime cum Commendatarii hujusmodi non resident? Die 4. Aprilis 1646. Sac. Congr. Eminentiſſimorum Cardinalium Concil. Trident. Interpretationem post naturam discussionem censuit, ad personalem residentiam non teneri supradictum Archimandritam Commendatarium. Petr. Aloysius Card. Caraff. Franciscus Paulinus Secretarius. Sic refertur ad Roccho Piro in dicta notitia hujus monasterii fol. 42.

15. Archimandrita nomen ex graecis vocabulis ἀρχι και μοναχον originem duxisse, optime post alios advertit Auctor n. 1. Ἀρχι enim graece idem est ac Princeps, Dux, & quod Imperium obtinet, μοναχον spelunca, cubile, grex est, & etiam monasterium apud Gregorium Alexandrinum in vit. B. Chrysost. Dorotheum doct. 23. Nicephorum Callistum lib. 14. cap. 51. Alcuinum Epist. 27. & lib. 2. in vit. S. Willibrordi in charta Rogerii regis Siciliae apud Rocchum Pirrum in Histor. Sicil. Sac. tom. 1. pag. 304. Adde Haestenum disquis. monast. lib. 3. tract. 3. dist. 1. Habentur in Obr. ad edit. Patriar. quae ad Archimandrit. &c. spectant.

16. Dicta monasteria ἀρχι και μοναχον quidam putant, a specubus, & cavernis, in quibus primitus Monachi habitabant, Alciatus in l. ut. de Sum. Trinit. & fid. Cath.

17. Alii, ut Budeus, a grege Monachorum, cui ceu mandra, id est ovili, praesint pastores Abbates: quippe latinis quoque mandra pro grege passim sumitur, ut apud Juvenalem Sat. 3. Martialem lib. 5.

18. Hinc Mandra pro Monacho accipitur in Epithaphio Gaietigrime Principis Beneventanae apud Du-Cange in Gloss. ad Script. med. & inf. Lat. ver. Mandrita, ab Heremoldo in vit. S. Soli cap. 9. in Concilio Constantinopolitano sub Menna ad. 5. Vide Glossar. Fabrotti ad Cedrenum ver. μοναχον.

19. Quare factum, ut is, qui mandritis praerat, Archimandrita diceretur, quasi Princeps Mandritarum; Avitus Viennensis Ep. 2. Capiose Monachorum multitudinis praepositus fuit, cujus officii personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant. Et vetus interpres Concilii Chalcedonensis Archimandritam Monachorum principem interpretatur. Confer Du-Cange in Gloss. Med. & Inf. Lat. ver. Archimandrita.

20. Archimandrita non solum in hac significatione accipitur, sed & pro quovis Prelato etiam Archiepiscopo, ut in charta Dagoberti Archiepiscopi Bituricensis relata a Du-Cangio loc. proximo cit. in tabulario ecclesiae gratianopolitanae. Adde vitam Sancti Gerardi Archiepiscopi Salisburgensis apud Canisium tom. 1. pag. 125. Analecta Mabillonii tom. 1. pag. 98. Quare Ugutio apud sepe laudatum Du-Cange ver. mandra; Archimandrita, scilicet, Princeps vel pastor ovium; unde quadam translatione Episcopi, & sacerdotes dicuntur Archimandrita quasi pastores ovium Christi.

21. Archimandritarum dignitas apud graecos alia fuit a dignitate ἡγουμεν, seu Abbatis, licet quandoque promiscue accipiantur, ut in Concilio Ephesino pari. 1. numero. 30. in Novel. 6. cap. 7. Novel. 125. & 126. cap. 6.

22. S. 2. Vide Habertum in obr. ad edit. Patriar. quae ad Archim. &c. spectant. Eaque superior in jure Graeco-Ro-

mano, & apud laudatum Habertum in Archidraico pag. 570. Exarcho monasteriorum, qui visitatoris vicem obtinuit, praepositor, ut & Hegumenis, & apud Codinum cap. 14. §. 19. & cap. 20. §. 16. Protosyncellis.

Archimandrita a Patriarchis promovebantur, ut liquet ex Pontifici Ecclesiae Graec. sub tit. Ritus elect. & design. Patriar. Episc. & Archim. edit. ab Haberto pag. 434. & ex forma insit. Archimandrit. apud eundem loc. cit. pag. 570. Idem Goarius scribit in Epist. p. 240. Ἀρχιμανδριτας superiores perpetuos a Patriarcha monasteriis sibi subiectis praefectos, hoc Episcopali privilegio donatos, ut scilicet Lectores ordinare valeant, quo non gaudent ceteri, qui ἡγουμεν nude appellantur.

Sed praeter ceteris vim hujusce vocabuli prodiit Rogerius Siciliae Rex in sigillo, seu diplomate pro Monasterio SS. Salvatoris Messanensis apud Rocchum Pirrum in Hist. Sicil. Sac. lib. 4. Notitia Archimandritarum Messanen. & ex graeca lingua translato a Constantino Lascari apud Du-Cange in Gloss. ad Script. Graec. & Infim. Graeciar. sub verb. Μανδριτας ubi inter alia privilegia a Rogerio concessa Archimandrite, & illud imperit: « habere dominationem & propriam potestatem in omnibus iudiciis monasterii, & grangiis subjectis, ac Abbatibus, & Monachis, & hominibus omnibus, Clericis, & Laicis, & eorum subjectis eidem Capitaneis monasterii nam in spiritualibus quam in temporalibus, & diligenter examinare & recte iudicare, & ad finem causas perducere, sicut Pater Archimandrita, & successores ejus, non iudicentur ab aliqua persona, neque alicui respondeant, nisi nostrae soli Celsitudini, & successoribus nostris.»

Ad quod diploma respiciens Card. Petra comment. ad const. apost. tom. 2. ad const. 5. Alexandri III. Archimandritarum nomen, institutionem, ac seriem, ab eodem Rogerio Regio deducit; quod non alio sensu accipiendum est, quam vel primum Rogerium in civitate messanenſi instituisse Archimandritam dignitatem, vel ab ipso autum fuisse. Nam alias falsus in eo esset Card. Petra, cum Archimandritarum mentionem multis ante Rogerium seculis deprehendam factam fuisse in Concilio Ephesino p. 1. num. 30. an. 314. & frequentissime postea occurrat.

Per constitutionem editam ab Alexandro III. anno 1175, quae incipit Apostolicae Sedis, confirmatae fuerunt omnes donationes a Rogerio obtentae, & dictus Archimandritarum receptus fuit sub protectione Sedis Apostolicae, ita ut veram exemptionem acquiserit oraculo, ut decet, Sedis Apostolicae; quae omnia privilegia & ampliora translata fuerunt ex brevi Urbani VIII. sub die 23. Februarii 1635. in Abbatem Commendatarium, ut vidit Auctor num. 8.

Archimandritam messanensem non posse dare dimissorias ad ordines suscipiendos resolutum referunt Fagnanus in cap. Significasti, de offic. Archidiacon. num. 26. & Petra Conc. ad const. apost. ad const. 6. Alex. III. in Epist. n. 17.

Ex concordia inita inter Episcopum Messanensem, & Archimandritam, a S. Sede approbatam, posse Archimandritam iudicare, & instituire concursus ad beneficia curata, in sua quasi diocesi vacantia, & vacatura, refert SS. D. N. PP. Benedictus XIV. de synod. diocesa. lib. 2. cap. 11. §. 7.

Archimandrita messanensis non competere jus convocandi synodum, resolutum fuit a Sacra Congreg. 5. Julii 1738. Tamen idem Bened. XIV. suis literis datus in forma brevis 14. Jun. 1741. personale privilegium Cardinali P. M. Silvio Valentini G. traque concessit, celebrandi synodum, in aliquo loco suae jurisdictionis, extra civitatem messanensem, quod privilegium suffragari noluit futuris Archimandritis, nisi simile indultum a Sede Apostolica ipsi obtinerint; ad cit. loc. de synod. diocesa.

ARCHIPRESBYTER.

SUMMARIUM.

1. ARCHIPRESBYTER idem sonat ac primus, & dignior inter presbyteros, sicuti primus, & dignior inter diaconos vocatur Archidiaconus, & primus, & dignior inter Episcopos vocatur Archiepiscopus.
2. Archipresbyter duplex communiter assignatur, unus urbanus seu civitatis, & alter ruralis, seu foraneus.
3. Archipresbyter urbanus, seu civitatis quis sit.
4. Archipresbyter ruralis, seu foraneus quis sit.
5. Officium Archipresbyteri urbani ecclesiae cathedralis de jure communi quale sit.
6. Sicut Archidiaconus Episcopo in his, quae ad ministerii officium pertinent, ex officio adjuvat; ita Archipresbyter in his, quae ad munus sacerdotis spectant, eidem inservit. Unde uterque est Vicarius Episcopi a jure datus.
7. Cum hoc tamen distinctione, quod Archipresbyter est Vicarius Episcopi quoad divinarum celebrationem, Archidiaconus vero quoad jurisdictionem, ad num. 8.
9. Vel Archidiaconus est Vicarius Episcopi quoad jurisdictionem, Archipresbyter vero quoad sacramentalia.
10. Vel clarius, Archidiaconus est Vicarius natus in temporalibus, & Archipresbyter est Vicarius natus Episcopi in spiritualibus.
11. Hodie tamen, quae istis Vicariis natis Episcopi de jure competeant, fere ubique abierunt in desuetudinem, adeoque respectu officii ab istis praestandi in omnibus, & per omnia standum est cujusque ecclesiae laudabili praescripta consuetudini.
12. Archipresbyter debet ibi fieri duplici ductu, sicuti canonici non obstante constitutione capitulari, cui per caeremoniale derogatum est.
13. Archipresbyterum sedem paratam habere non convenit.
14. Archipresbyter si non poterit, vel noluerit celebrare, non potest missas suo arbitrio alteri delegare, sed dignitates, & canonici per ordinem subintrant in locum Archipresbyteri, ad n. 15.
16. Archipresbyteri substitutus non debet cantare missas, quae ad Archipresbyterum pertinent, nec locum, nec honorem incens, & pacis ipsius Archipresbyteri recipere.
17. Archipresbyter, licet sit prima dignitas, in choro tamen cedere debet primum & digniorem locum canonice celebranti.
18. Nec debet se intromittere in regimine chori, quod ad solum cantorem pertinet.
19. Archipresbyter Vicario Episcopi ut canonico in choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus publicis procedere debet, ideoque solennes missas canere, aliasque functiones, quae Episcopo absente prima dignitati competunt, peragere potest.
20. Cetera ad eundem pertinentia, & distinctio inter Archipresbyteros explicantur, ad num. 33.
34. Supplementa Auctoris, ad num. 39.
40. Additiones ex aliena manu, ad n. 53.

ARCHIPRESBYTER idem sonat ac primus, & dignior inter presbyteros, qui videlicet praest, atque imperat aliis presbyteris in iis, quae sunt presbyteralis officii, sicuti primus, & dignior inter diaconos vocatur Archidiaconus, & primus & dignior inter Episcopos, vocatur Archiepiscopus. Aechos enim graece primus seu Principem sonat latine, & Presbyter graece, latine senior interpretatur, non modo propter aetatem vel decrepitem senectutem, sed propter honorem, & dignitatem ecclesiasticam, quam acceperunt, presbyteri nominantur, cap. Cleros S. Presbyter dist. 21. Archipresbyter duplex communiter assignatur, unus urbanus seu civitatis, & alter ruralis, seu foraneus; cap. Officium 3. de officio Archipresbyteri, in quo, ut expresse dicitur ejus summarius, Declaratur quod sit officium Archipresbyteri civitatis, & cap. Ut singule 4. hoc tit. in cuius sumario sic praecise dicitur: Archipresbyterorum & Laicorum plebania sua curam gerit. Archipresbyter urbanus, seu civitatis est, qui in urbe episcopali constitutus ordinarie praest ceteris presbyteris in agenda cura animarum, & vice Episcopi suppleada in divinis officiis; cap. Archipresbyter 1. & cap. Officium Archipresbyteri 3. de offic. Archipresbyteri. & hic solet etiam dici ecclesiae cathedralis Decanus, cap. Ad haec 7. de offic. Archidiacon. ibi: Archipresbyteri, qui a pluribus Decani nuncupantur, licet soleant etiam appellari Archipresbyteri, seu Decani urbani, vel civitatis, qui in collegiatis civitatis praesunt aliis presbyteris, ut dicit Barbosa lib. 1. juris eccles. cap. 25. n. 6. Archipresbyter ruralis, seu foraneus, qui etiam Decanus ruralis, vel Vicarius foraneus appellatur, cap. Ad haec 7. de offic. Archidiacon. & Clement. cap. Et si principalis officialis 2. de rescriptis, cum gloss. hic verb. Foraneo, est qui extra civitatem in certa parte diocesis, seu in suo vicariatu praest ceteris presbyteris per minores titulos, sive ecclesias habitantibus, eorum, & plebis curam, & inspectionem habet; cap. Ut singule 4. hoc tit. & cap. Si in plebibus 20. dist. 63.

Officium Archipresbyteri urbani seu civitatis ecclesiae cathedralis de jure communi est, curare, ut ceteri sacerdotes divina officia, & missas rite celebrent, absentibus Episcopi vices supplere, vel praesentis munus sublevari in omnibus his, quae sunt officii sacerdotalis, ut missarum solennia celebrare, audire confessiones, aliaque sacramenta ecclesiae fidelibus ministrare, fontem benedicere, aliaque similia officia sacerdotalia peragere, vel aliis peragenda injungere, & qualiter ista peragantur fideliter Episcopo referret; cap. Praelectis 1. dist. 25. verb. Archipresbyter vero, cap. Ut Archipresbytero 1. cap. Ministerium Archipresbyteri 2. cap. Officium Archipresbyteri 2. de offic. Archipresbyteri. Sicut enim Archidiaconus Episcopo in his, quae ad ministerii officium pertinent, ex officio adjuvat, ita Archipresbyter in his, quae ad munus sacerdotis spectant, eidem inservit; unde uterque est Vicarius Episcopi a jure datus; cap. Ad haec 7. de offic. Archidiacon. ibi: Ipsius Episcopi Vicarius reperitur, & cap. Ut Archipresbyter 1. de offic. Archipresbyteri. ibi: Ad vicem ipsius &c. Cum hac tamen distinctione, quod Archipresbyter est Vicarius Episcopi quoad divinarum celebrationem; Archidiaconus vero quoad jurisdictionem, ut dicit Joannes Andreas in cap. 1. de offic. Archipresbyteri. Vel, ut inquit Card. Petra in eodem loc. n. 1. Archidiaconus est Vicarius Episcopi quoad jurisdictionem, Archipresbyter vero quoad sacerdotalem. Vel ut clarius dicit Card. de Luca de praeminentiis discurs. 20. n. 13. Archidiaconus est Vicarius natus in temporalibus, & Archipresbyter est Vicarius natus Episcopi in spiritualibus. Hodie tamen quae istis Vicariis natis Episcopi de jure competeant, fere ubique abierunt in desuetudinem; adeoque respectu officii ab istis praestandi, in omnibus & per omnia standum est cujusque ecclesiae laudabili praescripta consuetudini, cum ista juri communi scripto in officii praevaleat, cap. Cum olim 5. de consuetud. & cap. Ad haec 2. de excessibus. Prael. junct. gloss. hic verb. Consuetudines, Innocentius, Silvester, & alii communiter. (Lex nostra Archipresbyterum vocat hispano Idiomate como Cabildo de Presbiteros: est nona tit. 6. p. 1. triplicis generis esse asserit, primum eorum qui in ecclesiis cathedralibus tamquam decani locum obtinent: secundum, qui in eisdem locum tam insignem non habent: tertium vero, qui in oppidis per dioceses 1. 3. ejusd. tit. & p. constituuntur; hi equidem visitationem ecclesiarum sui archipresbyteratus valent efficere, omniaque ad eandem spectantia: informationem sumere de vita & moribus tam clericorum quam secularium, crimina punire, & emendatio facere ut fiat; in his, & ceteris eidem incumbentibus, concludit lex, standum esse consuetudini.) Archipresbyter debet turificari duplici ductu sicuti Canonici, non obstante constitutione capitulari, cui per caeremoniale derogatum est, Sac. Congr. Rit. in Peruvia.

na 23. Martii 1602. Archipresbyterum sedem paratam habere non convenit; Sac. Congreg. Rit. in *Baren. 4. Jul. 1615.* Archipresbyter si non poterit, vel noluerit celebrare, non potest missas suo arbitrio alteri delegare, sed dignitates, & Canonici per ordinem subintrant in locum Archipresbyteri; Sac. Congr. Rit. in *Tarentina Cripaliarum 3. Septemb. 1605.* Hoc idem confirmatum fuit in eadem Tarentina cum addito, quod non semper uni, & eidem Dignitati, vel Canonico sunt distribuendae, sed per ordinem successive incipiendo à digniore, & seniore, servata eorum prerogativa; ut sic omnes per turnum honorentur; eadem Sac. Congr. Rit. in *eadem Tarentina 27. Febr. 1610.* Archipresbyteri substitutus non debet cantare missas, quae ad Archipresbyterum pertinent, nec locum, nec honorem incensi, & pacis ipsius Archipresbyteri recipere; Sac. Congr. Rit. in *Maripruga Nullius 14. Decemb. 1602.* Archipresbyter licet sit prima dignitas, in choro tamen cedere debet primum, & digniorem locum Canonico celebranti; Sac. Congr. Rit. in *Arboren. 27. Jul. 1610.* Nec debet se introritare in regimine chori, quod ad solum cantorem pertinet; Sac. Congr. Rit. in *Tarent. Cripaliar. 3. Sept. 1605.* Archipresbyter Vicario Episcopi uti Canonico in choro, capitulo, processioniibus, aliisque actibus publicis praecedere debet, ideoque solemnes missas canere, aliasque functiones, quae Episcopo absente primae dignitati competunt, peragere potest; Sac. Congr. *Episc. & Reg. in Lancianen. 8. Mart. & 31. Aug. 1615.* Archipresbytero ratione stolo in funeralibus, & non Archidiacono primae dignitati debetur praecedentia; Sac. Congr. Rit. in *Nullius, seu Trojana 12. Mart. 1612. & 4. Maii 1613.* Archipresbyter manutenuendus est in sua quasi possessione celebrandi missas absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarii; S. C. R. Rit. in *Tranen. 21. Febr. 1604.* Archipresbyter collegiata paratus praecedat Canonico cathedralis; S. C. R. in *Fund. 20. Decemb. 1601. & 25. Jan. 1602.*

Officium Archipresbyteri ruralis, seu foranei clare exprimitur in c. Ut singulae plebes 4. de offic. Archipresbyteri, his verbis: "Ut singulae plebes Archipresbyterum habeant propter assiduum erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verum etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiat, & qua quisque industria divinum opus exerceat, Episcopo suo renuntiet. Nec attendat Episcopus non egerie plebem Archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, qui etsi valde idoneus sit, decet tamen ut sua onera partiarum, & sicut ipse matrici ecclesiae praestit, ita Archipresbyteri praesint plebibus, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo; cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra ejus decretum ordinare praesumant." Ex quibus clare patet, quod Archipresbyter ruralis, licet sit tamquam Vicarius foraneus Episcopi constitutus ad regendum clerum, & plebem in toto suo vicariatu, habet tamen jurisdictionem subordinatam, & omnimode dependentem ab Episcopo, & ejus Vicario generali, ita ut debeat plene attendere ad facultatem ab ipsis sibi concessam, & nihil contra eorum praepcepta agere possit, & dubias, & graviores causas ad eos pro resolutione referre debeat, textu ipso clarissimo, gloss. ibi verb. Referant, cum communi.

Loco Archipresbyteri ruralis, de quo loquitur cit. textus in cap. Ut singulae 4. de offic. Archipresbyteri. successit Vicarius foraneus, ut tenent communiter Doctores cum Rota in *Parmen. Parochial. coram Roldan. par. 17. recent. decis. 195. n. 19.* Unde dispensare super festorum observatione spectat ad ipsum Vicarium foraneum, non autem ad Archipresbyterum, sive Curatum, nisi Vicario absente; Sac. Congr. *Episc. in una Ciren. 2. August. 1594. & in una Materana 28. Novemb. 1597.* apud Nicol. lib. 2. tit. 5. de *Feris* num. 2. Archipresbyter ruralis non debet associari à presbyteris, & clericis, neque convenit quod eorum dignitas in porta ecclesiae ei porrigat aspersorium, & alia obsequia, quae soli Episcopo à Canonici debentur, non obstante consuetudine; Sac. Congr. Rit. in *Baren. 4. Jun. 1615.* Archipresbyter ruralis non habet dignitatem ecclesiasticam seu personatum, Rota p. 27. recent. dec. 95. n. 18. & part. 19.

tom. 2. decis. 469. n. 44. Archipresbyter ruralis, quando accedit ad cathedralem ad praestandam obedientiam Episcopo, vel ut synodo intersit, non debet sedere in choro simul cum Canonico cathedralis; Sac. Rit. Congreg. in *Lattern. 14. Januar. 1612.* Archipresbyter, & Canonici collegiatae N. excommunicantur, quia carcerarii fecerant Clericos ob suppositum factum verum collegiatæ, & institerant eorum iudice laico, nec exarcerarentur, nisi prævia cautione de non offendendo; Sac. Cong. *Immun. in Potentin. 19. Aug. 1608. lib. 2. decret. Vallemani pag. 172.* & facta retractione absolventur cum reincidentia; *ibid.* Archipresbyter, qui ad vitandum populum tumultum permisit extrahi quosdam fugitivos ab ecclesia, absolvitur in forma privata, sicut & alii culpabiles in eadem causa; Sac. Congr. *Immun. in Tuderina 7. Jul. 1699. lib. 2. decr. Vallemani pag. 231.* Archipresbyter Arpaæ cum aliis familiaribus Ducis N. ob violentam sacre reliquiae ablationem & conventu religionum censuras incurrit; Sac. Congr. *Immun. in una S. Agathe Gothor. 17. Februar. & 17. Novemb. 1699. pag. 357. & Jun. 1700. lib. 2. decr. Vallem. pag. 294.* Et constituto, quod se habuerint pro censuratis post presentationem decr. Sac. Congr. datur facultas illos absolventi cum reincidentia prævia consignatione reliquiae loco depositi in ecclesia dicti conventus; *In eodem 12. Januar. 1700. dist. lib. decr. pag. 266.*

Archipresbyterorum basilicarum Urbis jurisdictione aboletur; Benedictus XIV. tom. 1. constitut. 44. incip. Quantum §. 3. & 6. Præterquam quae concernunt servitium ecclesiae, & correctionem morum, idem *ibid.* §. 11.

Archipresbyteri basilicarum patriarchalium Urbis sunt S. R. E. Cardinales; nec tamen dignitas Cardinalium inferiori iudicari dignitate Archipresbyteri; idem tom. 2. const. 36. incip. Cum à nobis. Idem nulla jurisdictione in judicialibus potuntur post reformationem tribunalium ab Innoc. XII. editam; sed solam paternam, & oeconomicam auctoritatem habent in iis, quae pertinent ad servitium ecclesiae, disciplinam, & mores; idem *ibid.* Inter eos solus Archipresbyter sacrosanctae Basilicae Vaticanae dimissoriae literas subditis suis dat ad ordines suscipiendos, isdemque Confirmationis sacramentum conferit toto anni tempore; ceteris vero infra octavam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli singulis annis ad eandem basilicam in hunc finem conferentibus, ut habetur in constitutione Benedicti XIV. felic. record. quae incip. Ad honorandam §. Volumus autem edit. 27. Mart. 1572. per hæc præcisa verba: "Insuper moderno & pro tempore existentis S. R. E. Cardinali Vaticanae Basilicae Archipresbytero, non tamen veterum titulum, iurium, privilegiorum, atque consuetudinum, quae tamen nobis plene cognita esse supra memoravimus; quam vigore novae hujus concessionis, quam motu proprio ipsi, ejusdemque in Archipresbyteratus dignitate successoribus, quibuscumque, de apostolica liberalitate tribuimus, praesentium tenore perpetuo concedimus, & indulgemus, ut singulis annis infra octavam natalitiae solennitatis SS. Apostolorum Petri & Pauli, principalium hujusce aetate urbis patronorum, singulis videlicet septem diebus dicentiam solemniter immediate sequentibus, in praedicta Vaticana Basilica, per se ipsam, si ipse episcopali gaudeat characterè, sin minus, vel etiam si ipse aliquo impedimento detineatur, per suum Vicarium Episcopum, aut per alium Antistitem de gremio capituli, vel his deficientibus, etiam per alium quemlibet Antistitem ab ipso deputandum, omnibus & singulis non solum Vaticanæ Basilicae inservientibus, atque ipsius Archipresbyteri jurisdictioni, ut praefertur, subiectis, & non solum ex civitate leonina nuncupata, aut ex Septimiano praedictis, sed etiam ex ceteris Urbis regionibus quibuscumque, & aliis undecumque in hunc finem conferentibus, sacramentum Confirmationis perpetuis futuris temporibus ad ministrare & conferre libere & licite possit & valeat."

Sicuti olim in singulis ecclesiis sub directione Episcopi consensus sui presbyterorum, qui collegium quoddam constituerunt; ita in ecclesiis cathedralibus post seculum III. idem consensus quodammodo retentus est, hoc ad minimum sensu, ut plures in iis essent presby-

teri. His primitus praerat Episcopus, & sic alium directorem hoc collegium non requirebat. Segniores vero paulatim facti Episcopi, ea quae proprie ad suum officium spectabant aliis delegarunt, & vel Diaconis, vel Presbyteris commiserunt. Unde Archidiaconi, & Archipresbyteri orti sunt; qui hoc inuitu Vicarii nati Episcoporum dicuntur.

Episcopus sublevabat Archipresbyteri in officio sacro, si vel morbo vel alia justa de causa rem divinam facere nequirit; cap. 1. d. 25. Thomass. de veter. & nov. eccler. discipl. lib. 2. p. 1. c. 3. in fin. Cura iis quandoque committebatur pauperum aegrotantium, viduarum, pupillarum, & peregrinorum; Conc. Carthag. 4. cap. 17. In potestate tamen erat Episcopi, utrum curam hanc Archipresbytero, an Archidiacono committere vellet; idem Concil. Carthag. 4. loc. cit.

Tenet Thomassin. *loc. cit.* §. 2. eos locum Archipresbyterorum primis temporibus tenuisse, qui primum in consensu presbyterorum locum obtinent, aut primo loco ordinati essent. Idemque videtur Rouseaud de la Combe in sua *Jurispr. can. verb.* Archipresbyter sub n. 2. At Bohem. in *decr. lib. 1. tit. 24. §. 49.* in arbitrio Episcopi fuisse autumat eligere ex presbyteris Archipresbyterum.

Aucta diocesi Episcoporum, hanc distribuerunt in plures decanatus, & singulis decanatum Decanum, seu Archipresbyterum praefecerunt, quem dixere ruralem Archipresbyterum, quia presbyterorum ruralium curam haberet. Ab his tamen distinguebantur Archipresbyteri in ecclesiis cathedralibus constituti, quales illi erant, de quibus modo disserimus.

Quae fuerint primis seculis munia Archipresbyterorum, qui plenius scire cupimus, adeat Rouseaud de la Combe in sua *Jurispr. can. verb.* Archipresbyter n. 2. & plur. seq. Quae vero nunc sint eorumdem Archipresbyterorum munia tradit Corvin. de person. & benefic. *eccler. lib. 1. tit. 20. per tot.* Verum munia Archipresbyterorum non sunt eadem in omnibus ecclesiis, in quibus ipsi Archipresbyteri sunt; Rouseaud de la Combe in sua *Jurisprudentia canonica verb.* Archipresbyter n. 8. & ARCTATUS ratione Beneficij, Vide verb. Ordo, art. 2. à num. 40. ad 45. & in addit. *bisp.*

ARMA.

SUMMARY.

ARMA deferre non possunt Clerici.

Immo est eis prohibitum arma deferre sub pena excommunicationis.

Clericorum arma, & munimenta debent esse orationes, & illi qui in quacumque factione arma volentes sumpserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticae sanctitatis profanatores, omisso sui ordinis gradu, in monasterium penitentiae tradi jubentur.

Monachi tenentes arma intra septa monasterii sine licentia superioris, ipso facto incurram excommunicationem.

Et quomvis hæc excommunicatio officere videatur tantum monachos, tamen tam monachis, quam omnibus regularibus prohibetur est arma gestare, seu tenere, sive intra, sive extra monasterium, non solum propter particularia statuta omnium religionum, sed etiam ex jure communi.

Quae specialia circa armorum delationem, si Clerici, aut Monachi fuerint deferentes, à quibus iudicibus possint tolli, si prohibita; ad num. 30.

Qua pena arma portantes ad infideles puniuntur, ad num. 34.

Additiones ex aliena manu, ad num. 46.

ARMA deferre non possunt Clerici, cap. 1. Cum à Judicis, cap. Non pila; cap. Clerici; cap. Quicumque ex Clero caus. 23. quest. 7. cap. Clerici arma 2. de vita, & honestate Clericor. cap. In audientia 25. de sentent. excomm. & clement. cap. Diocesani 1. de vita & honestate.

Clericor. in fin. ibi: arma portantes, Immo est eis prohibitum arma deferre sub pena excommunicationis, textu expresso in cap. Clerici arma 2. de vita & honestate Clericor. ibi: Clerici arma portantes, excommunicantur, quae tamen excommunicatio non est lata sententia, sed solum ferendae per iudicem, si clerici admoniti arma non deponant, ut desumitur ex ipso textu, dum dicitur, excommunicantur, & notat Abbas *ibid.* num. 8. & Barbos. in *colleci. num. 3.* Pirhing. in *cap. num. 22.* Dicit verò glossa ibi verb. Clerici arma. Abbas ibi num. 1. Grass. *deci. auri. part. 2. lib. 3. cap. 7. num. 2. & 7. & part. 1. lib. 1. cap. 121. n. 5.* Monacell. *part. 1. tit. 5. form. 11. num. 5.* & alii, quod deferendo arma prohibita peccant graviter, quia ut pro summario notatur ab ipso cit. cap. Clerici arma: Tals delictum excommunicatione dignum, ut patet ex verbo, excommunicantur; sed excommunicatio non inferret nisi pro gravi crimine, cap. Nemo Episcoporum 41. & cap. Nullus Sacerdotum 24. caus. 11. q. 3. cum nulla pena major sit in ecclesia, quam excommunicatio, cap. Corripiantur caus. 24. quest. 3. adeoque, ut inferunt ipsi, & præcisè verbis notatur ibi: armorum delatio Clericis est inhibita in tantum quod contrafaciens graviter peccant, Clericorum enim arma, & munimenta debent esse orationes, cap. Convenior §. quia ergo caus. 23. quest. 8. & illi, qui in quacumque factione arma volentes sumpserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticae sanctitatis profanatores, amisso sui ordinis gradu in monasterium penitentiae tradi jubentur, textu expresso in cap. Clerici qui caus. 23. quest. 8. his verbis: Clerici qui in quacumque factione arma volentes sumpserint, reperi, amisso ordinis sui gradu in monasterio penitentiae tradantur.

Monachi tenentes arma intra septa monasterii sine licentia superioris, ipso facto incurram excommunicationem. *Clement. cap. Ne in agro 1. §. Quia verò de statu Monach.* Et quomvis hæc excommunicatio afficiat tantum monachos, ut clare loquitur textus dictae clementine, & tenet Gloss. *ibidem vers.* Monachos, & Suarez tom. 4. de censuris disp. 23. sect. 5. n. 4. & 8. & speciatim inter alios Nicol. qui lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. n. 190. pag. 315. sic præcisè dicit: Sed hæc neque Canonicos regulares, neque alios religiosos, immò neque monachos albos, puta Olivetanos, vel S. Bernardi comprehendit, sed solum monachos nigros, pro quorum reformatione lata fuit, ut patet, ex principio dictae clementine. Tandem Abbas in cap. Clerici arma 2. de vita, & honestate Clericor. num. 8. Grassius in *dec. auri. lib. 1. cap. 21. num. 19.* & alii dicunt tam monachis praedictis, quam omnibus Regularibus prohibitum esse arma gestare, seu tenere, sive intra, sive extra monasterium, non solum propter particularia statuta omnium religionum, sed etiam ex ch. cap. Clerici arma 2. de vit. & honestate Cleric. ubi id prohibetur Clericis sub pena excommunicationis ferendae; Religiosi sunt enim, vere Clerici, cum sint in Sanctum Dominum adscripti quinimo in claustris strictius, quam alii Clerici in seculo, Deo familiarum praesent. Pro regularibus status mediolanensis quicumque illi, sive Monachi, sive Mendicantes sint, extat decretum Congr. Episc. & Regul. prout refert Naldus *lib. Summa, verb. Religiosorum num. 50.* hujus tenoris: "Sac. Congr. S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum justis, & gravibus &c. Innovans decretum Clementis V. de armis sub pena excommunicationis intra septa monasteriorum non tenehdis, statuit, ne in statu mediolanensis quisque Regularis cujuscumque ordinis arma cujusvis generis prohibita, praesertim verò sclopos retortos, tam longiores, quam etiam breviores intra ecclesias, sive monasteria in dicto statu tenere audeat, vel praesumatur sub pena excommunicationis lata sententiae, quam sibi reservavit, ac insuper privationis officiorum, & dignitatum, ac inhabilitatis ad quaecumque officia imposteorum obtinenda ipso facto absque ulla declaratione incurrentur, &c." Quod decretum licet quantum ex se comprehendat solos Regulares status mediolanensis, tamen per illa verba; innovans decretum Clementis V. de armis sub pena excommunicationis intra septa monasteriorum non tenehdis,



(Sub appellatione armorum, quamquam in leg. 1. tit. 10. part. 7. preter fustuarla, saxea, ad ferrea nulla alia referuntur: per leg. 77. tit. 33. ejusd. part. scuta, galeæ, lorica, lanceæ seu hastæ, immediatæque relata non solum significantur: verum etiam quibus homines ad dimicandum reperiuntur instructi, per consequens omnia ad percutiendum, & tegendum scilicet *affendibilia*, & *defendibilia* sunt comprehensa; leg. 23. tit. 14. lib. 2. Ord. Reg. 7. tit. 6. lib. 6. Recop. Constat lex 8. tit. 33. p. 2. ideo nil est, quod in hac generali propositione intelligatur omissum, etsi interea temporis inventum non fuisset, ut in sclopetis, ceterisque instrumentis, plumbeas glandes aut pilas expolentibus eveniebat: cum pro comperto habeatur, pulveris sulphurei usque in seculum decimum quartum inventionem non fuisse; P. M. Florez in sua clavi hist. prop. fin. di. seculi, & quando leges Part. plenè fuerunt absolutæ, vid. sup. pag. 72. verb. *Etas*, col. 2. in fin. ignivoma arma ignota permenebant: qua propter fieri eorum mentio non valebat.

Axioma est philosophicum, *contrariorum uno cognito cognoscitur* & alterum: idcirco gladii aut ensis certa mensura, sclopetorumque longitudine quatuor palmorum, cum sit prout in communi usus permissus: l. 13. tit. 6. lib. 6. leg. 16. 17. 18. 19. & 20. tit. 23. lib. 8. Recop. Cast. (Consonant leg. 9. & 12. tit. 5. lib. 3. l. 14. 15. 16. 17. & 18. tit. 5. 9. tit. 8. lib. 7. Recop. Ind. qua etiam hanc permissionem amplectentes resistunt, ut eorum permissa ad hybridis, fuscis, aliisque personis similitudinem quendam servitus patientibus asportentur) prohibita pateant; vid. sup. add. hisp. num. 40. *appositam*, & verb. Clericus, vers. Quæ arma, exceptio enim firmat regulam in contrarium; nec prohibitorum ullum opus fieri aut vendi ipsamet lex 13. cultellis minoribus exceptis, permittit; sub poenis in omnes contravenientes determinatis, ea portantes si nobiles, in africana prasidia per sexennium mittuntur, si plebei, ad mineralia, aut vivi argenti fodinas: fabricantes, & ea vendentes, absque distinctione pro prima vice, in eadem africa loca per quadriennium deportantur: pro secunda, ipsamet animadversio, & distinctio qua portantes, plecluntur, vid. leg. 13. Semper eisdem tangendi, præsertim de arcabasis seu sclopetis loquendo, denegatur facultas: peregre proficiscentes quo se conferant, secum Reg. Sched. 3. Mart. ann. 1769. portare valebunt: intra oppida eorum usus non permittuntur: Reg. Sched. 15. Octob. ann. 1771. in venatione, servatis servandis, vid. verb. Clericus in add. vers. Omnes, conceditur dummodo artifices & operarii diebus festis & recreationis causa se exerceant: Reg. Schedul. 16. Jun. ann. 1772. aliter poenis stabilitis subiciantur.

Fori privilegio gaudentes hanc prohibitionem vid. proximè sup. num. 40. non eximuntur: primo: ab Auctore allata præ ratione, quia orationes arma sunt sacerdotum: sic indicat lex 1. 23. & 52. tit. 6. p. 1. trahere ea non posse lex 49. & 51. ejusd. tit. & p. videtur confiteri: ea propter nec moenia, nec arces, in incitorum irruptione occurrente, custodire tenentur, nisi obsidionem patiamur infidelium: ex illisve fuerit qui servitium aliquod supremo principi obligantur præstare, sive magna in regno sit orta insurrectio; leg. 3. tit. 19. p. 2. eam vide in add. hisp. verb. Bona, vers. Quod bellum multum ad rem lex 56. tit. 7. lib. 1. Ind. Secundo; nemo quippe dubitat, statum laicorum adversus arma portantes, Clericos comprehendere: horum etenim quæ publicæ utilitatem concernunt, excusationem non adipiscuntur; vid. per tot. in add. hisp. verb. Bannitus, præcipue vers. Id omne: recognoscatur sup. verb. Amortizatio n. 9. prop. med. & verb. supradicta. Clericus vers. Quod alearum, & vers. Omnes. ex quibus omnibus fit patens, fori privilegio gaudentes arma prohibita portare nequire. Si meditentur optime quæ in add. hispan. verb. Bannitus, Bona, Clericus &c. referuntur: res mira non videbitur, asseverare, arma quibus uti nobilibus conceditur, Clericos interfaciens adducere posse.

Reliquum equidem est, ut fiat demonstratio quomodo iudex ordinarius se gerere debet si prudens occasio se offerat, eoquod Clerici transgressores hujusmodi de-

terminationis extiterint: consulte, non temere est procedendum: iustitia præ oculis habenda: est causa contravenientis inquirenda: finis ad quem tendit armorum delatio, investigandum: detrimentum nullum oriuri, si cum transgressore suos interponat sermones, de excessu eundem commonendo: hæc in consilium redigantur, si non placent, videantur que disposita in aliis casibus reperuntur; Reg. Sched. 16. Jan. ann. 1772. in fin. verb. Bannitus, cit. Reg. Sched. 18. Sept. ann. 1766. in verb. Clericus, vers. Cum bonus odor, leg. 5. tit. 4. lib. 1. Recop. Castell. in vers. Quæ arma, di. Reg. Sched. in vers. Omnes: Reg. Prov. 3. August. ann. 1781. prope fin. verb. Libellus famosus, vers. Tam circumspecte, leg. 18. tit. 7. lib. 8. §. 14. verb. Ludus, vers. Ecclesiastici. Reg. Instrucl. 22. Jul. ann. 1761. verb. Perquisitio, vers. Ut in recognitione. Reg. Sched. 24. Novemb. ann. 1778. prop. fin. verb. Regularæ, vers. Postquam, sitoque parumper in ea; in eis omnibus regulæ ad procedendum signantur; videatur etiam lex 3. tit. 19. lib. 8. Rec. Cast. Lex 8. 9. 10. 13. tit. 12. 68 & 70. tit. 13. lib. 1. Indiar.)

ARMA, SEU INSIGNIA.

SUMMARIUM.

1. *ARMA* seu insignia quæ modo in usu sunt, successerunt loco imaginum, & staturarum, quibus nobiles olim utebantur.
2. Antiquitas enim ante hujusmodi usum armorum, seu stemmatum, vel insignium, viri nobiles ad denotandum splendorem propriæ familiæ, in atrii domorum retinebant status, vel imagines majorem suorum præstantium, & excellentium, & quorum serie imaginum, & staturarum deducebant proprii generis nobilitatem.
3. Et istud jus staturarum, stemmatum, seu imaginum, usum armorum, seu insignium peperit.
4. Et ideo videtur arma, & insignia esse propria nobilitatem.
5. Et quomodo etiam ab ignobilibus deferantur, & eorum delatio non reddat eos nobiles.
6. Tamen in nobilibus arma, & insignia necessario requiruntur ad probandum eorum nobilitatem.
7. Et per hoc in nobilissima religione hierosolymitana adest statutum, ut in receptione ad habitum, & probatione nobilitatis probari debeat familiaris patris, & avi, matris, & avia habuisse per centum annorum spatium arma, sive insignia, & quod istis usi fuerint.
8. Quomodo autem, quod proprium est nobilitatem, ab omnibus usurpetur, & sic plebei quoque insignibus, & armis nobilibus utantur, non possunt tamen assumere, & deferre arma, & insignia nobilitatem, & eo minus alterius singularis dignitatis.
9. Aliter id facientes severa poena puniri debent, & adhuc severiori, & severissima, si usurpaverint arma, & insignia dignitatis supremæ, & magistratus.
10. Insignia, & arma sunt distinctiva generis personarum, & familiarum, & per hoc dicitur emanatum esse usum cimieriorum seu coronarum in armis.
11. Nam aliter ad regibus, aliter ad ducibus, & titulo pollebentibus, aliter ad privatis nobilibus, alio modo ad plebeis usurpantur scuta, & sic plebei nequeunt uti armis nobilitatem neque in forma scutorum.
12. Arma, & insignia solent apponi in operibus publicis ad acquirendum, & demonstrandum jus in illis; Reg. Instrucl. 22. Jul. ann. 1761. in fin. in aliquibus locis inveniantur, ad n. 21.
22. An ex locis ubi sint insculpta, amoveri possint, necne, ad n. 26.

Ha-

27. *Hæredes an compellendi arma fundatoris suis in rebus insculpere*, ad num. 32.

33. *Addit. ex aliena manu*, ad num. 39.

**A**RMA seu insignia, quæ modo in usu sunt, successerunt loco imaginum, & staturarum, quibus nobiles olim utebantur. Antiquitus enim ante hujusmodi usum armorum, seu stemmatum, vel insignium, viri nobiles ad denotandum splendorem propriæ familiæ in atrii domorum retinebant status, vel imagines majorem suorum præstantium, & excellentium, & quorum serie imaginum, & staturarum deducebant proprii generis nobilitatem, juxta sacram scripturam 1. Machabeor. c. 2. ibi: *Memento operum patrum, quæ fecerunt in generationibus tuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum, & Sapient. 18. vers. 24. ibi: Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta.* Et istud jus staturarum, stemmatum, seu imaginum, usum armorum, seu insignium in sigillis peperit; leg. Lex, quæ tutores, cod. de administr. tutor. leg. Injuriarum §. Si quis, ff. de injuriis, leg. Capitalium, §. Ad status, ff. de penis, leg. Si legatum, ff. de operibus publicis; Tiraquell. de nobilitate, cap. 6. num. 6. inter ejus opera, tom. 1. fol. 33. Et ideo videtur arma & insignia esse propria nobilitatem, Cassanæus, catal. glor. mundi, part. 1. conclus. 10. Tiraquell. de nobilitate, cit. cap. 6. num. 8. & 12. ubi ait *Stemmata antiquitus nominis illis de magistratu competitisse.* Thesaur. decis. 270. num. 34. & sequentibus. Unde armorum, & insignium delatio inservit pro medio, & signo ad probandum nobilitatem. Rota p. 17. dec. 130. num. 4. Et quamvis etiam ab ignobilibus deferantur, & eorum delatio non reddat eos nobiles, ut notat Rota, ibi-  
6 dem, num. 5. Tamen in nobilibus arma, & insignia necessario requiruntur ad probandum eorum nobilitatem; Gutierrez, præcl. quest. lib. 2. & 4. quest. 16. num. 42. Tiraquell. citat. cap. 6. num. 12. & Rota coram Merlino, decis. 164. num. 13. 17. & 19. ubi docet nobiles necessario debere habere insignia, & arma; aliis non dici tales, ut usus observat, & coram Card. Celso, de-  
7 tit. 266. num. 9. Et per hoc in nobilissima religione hierosolymitana adest statutum, ut in receptione ad habitum, & probatione nobilitatis probari debeat, familiaris patris & avi, matris, & avia habuisse per centum annorum spatium arma, sive insignia, & quod istis usi fuerint, ut ex ordinatione 7. & 21. de receptione fratrum, ut testatur Rota, in di. decis. coram Merlino, num. 13. & part. 17. decis. 130. num. 1.

8. Quamvis autem quod proprium est nobilitatem ab omnibus usurpetur, & sic plebei quoque insignibus, & armis nobilitatem utantur, non possunt tamen assumere, & deferre arma, & insignia nobilitatem, Rota, part. 13. dec. 253. n. 24. & 25. & eo minus alterius singularis dignitatis. Aliter id facientes severa poena puniri debent, & adhuc severissima, si usurpaverint arma, & insignia dignitatis supremæ, & magistratus, ut latè Tuschus, concl. 437. Vivian. comm. opin. 540. n. 15. ita ut etiam poena ordinaria mortis sint puniendi rei, prout de usurpante insignia Papæ, & de usurpantibus insignia magistratus, quod puniantur poena ordinaria legis Julæ majestatis; leg. 1. & l. 3. in fin. ff. ad leg. Jul. majest. Insignia enim, & arma sunt distinctiva generis personarum, & familiarum, & per hoc dicitur emanatum esse usum cimieriorum, seu coronarum in armis. Nam aliter ad regibus, aliter ad ducibus, & titulo pollebentibus, aliter ad privatis nobilibus, & alio modo ad plebeis usurpantur scuta; juxta Thesaur. decis. 270. & sic plebei nequeunt uti armis nobilitatem, neque in forma scutorum; l. 1. cod. de his qui potent. Abbas, in cap. Dilecta 14. de excessib. Prelator. Tiraquell. citat. cap. 6. num. 17. in fin. Cassan. considerat. 53. conclus. 23. Onig. de jure sigill. cap. 4. num. 79. & 80.

12. Arma & insignia solent apponi in operibus publicis ad acquirendum & demonstrandum jus in illis; Rota, part. 14. decis. 337. num. 9. Hinc eorum insculptio demonstrat rem esse de dominio, & pertinentia illius, cuius sunt arma, & insignia; Rota, part. 17. decis. 159. num. 5. Et sic reperta in aliqua capella, vel altari indu-

cunt præsumptionem jurispatronatus, & bonæ fidei in antiquis; Rota, part. 2. decis. 548. num. 7. Et arguunt illum, cujus sunt arma, & insignia sibi, & suis adificare, & acquirere voluisse; Rota part. 9. tom. 1. decis. 134. num. 21. Similiter sepulchrum habens insculpta arma, & insignia, probat illius concessionem, & licentiam obtentam; Rota, part. 17. decis. 139. num. 5. Et hic mos apponendi insignia, & arma in templis, & capellis, & sepulchris, viguit etiam priscis temporibus, ut colligitur ex 1. Machabeor. cap. 13. ibi: *Ædificavit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum, ædificium altum visu, lapide polito retro & ante, & statuit septem pyramidas unam sibi, unam patri, & matri, & quatuor fratribus; & his circumposuit columnas magnas & super columnas arma ad memoriam æternam, & juxta arma naves sculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare;* ubi vides, Simonem erexisse, & statuisse etiam pyramidam pro seipso, cum duæ fuerint pro patre, & matre, & quatuor pro quatuor suis fratribus videlicet Judæ, Jonathæ, Joanni, Eleazaro, & septima sibi, ut notat Tirinus, in citat. cap. 13. Machab. vers. 25. Et hunc morem magis in dies servari videmus nostris hisce temporibus, ut sepulchris arma & insignia defunctorum nomen, & familiaris referentia assignantur. Anton. Thesaur. dec. ult. n. 34. sicuti in sedilibus, scamnis, & scabellis templorum signum fieri, nomen imprimi; arma pingi, vel sculpti, ne loco moveantur, vel aliorum usui pateant per traditionem Menoch. de recuper. remed. 15. num. 47. Et insignia, stemmata, seu arma sculpti, vel pingi in parietibus, portis, turribus ecclesiarum, in capellis, altaribus, immò etiam quandoque in lapide fontis baptismalis, ut observavit Rota, p. 9. dec. 115. n. 5; ea ratione, quod sicut patronus ex gratia habet in ecclesia jus patronatus, & Quoniam 3. de jure patronat. sic ei concedatur habere sedem, stemmata, arma, & insignia in ecclesia de facultate Prælati; cum arma in ecclesia imprimi non possint, nisi de voluntate Prælati, Rota, part. 17. dec. 139. num. 6.

Hac stante communi consuetudine, ac penè universali usu insignia, arma, seu stemmata ponendi in altaribus, capellis, parietibus, turribus templorum, & in aliis locis ecclesiarum, seu etiam in ecclesiasticis ornamentis, candelabris, lampadibus, calicibus, planetis &c. dicimus, licitum esse si quis id faciat, legitimo jure, & justo fine agat, ut alios exemplo suo ad templa, & altaria construenda, restauranda, vel adornanda attrahat, vel ut armorum & insignium suorum appositione fidem tituli patronatus firmet, & probet, & sic clarè colligitur ex sequentibus Sac. Congr. Episcop. & Regul. declarationibus à Pignat. tom. 8. consecr. 25. relatis. Episcopus non debet amovere arma, seu insignia, & monumenta, seu memorias suorum prædecessorum ab ecclesia, vel palatio episcopali, maxime si fuissent constructa propriis ipsorum expensis. Sac. Congr. super Episcop. in Messanensi, 9. Mart. 1593. & alibi 21. Novembr. 1602. 26. Janur. 1604. 18. Septembr. 1606. & 30. April. 1609. Neque de paramentis, non obstante concilio provinciali, si in metropolitana tolerantur, 26. Januarii 1604. Unde coactus fuit per censuras Baro, qui eraserat insignia Episcopi à quibusdam paramentis factis ab Archiepiscopo, & sua substituerat, ad restituendum omnia in pristinum, 27. Novembrii 1615. Nec fundatorum, vel monasterii, 9. Octobr. 1618. Et si fuerint amota, restitui debent, ut prius, 21. August. & 6. Octobr. 1645. Arma, quæ ejus qui nihil contulit, vel ei à quo fuit erogata, pecunia restituta, debent amoveri, 15. Octobr. 1601. Maxime si est Laticus, 28. Sept. 1696. & 20. Mart. 1600. Attamen patroni debent manentem in quasi possessione tenendi in ecclesia sua insignia, 17. Sept. 1601. & 4. Sept. 1602. Potest hæres gravari, ut teneatur arma restatoris pingi facere in ejus rebus, & cognomen, & ejus insignia semper deferat, leg. Facta 63. §. Si verò nominis, ff. ad Trebel. Anton. Thesaur. decis. ultim. Anchar. cons. 113. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. in fin. Et hoc bene ostendit deferendi arma & insignia familiæ à testatore impositum, censetur indutum conservandæ agnationis; Rota, part. 14. decis. 195. num. 8. Unde ab hæredibus 29-

ne-